

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

## **Nicolai Alardi, Pastoris Steinbeccensis, Bibliotheca Harmonico-Biblica**

**Alard, Nicolaus**

**Hamburgi, MDCCXXV**

**VD18 10490701**

Caput IV. De Pontificiis.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-17504**



## CAPUT IV.

*De Pontificiis.*

Quæ Cel. *Fr. Spanhemius* de Romanæ Ecclesiæ Doctoribus Dub. Evang. P. I. Præf. p. 2. m. habet, illa & nobis dicta sunt: *Quando extra circum agonisticum versantur, & calor disputandi resedit, ipsis etiam sua laus debetur. Quam illis minime præreptam velim, tametsi in religione à nobis dissentiant. Angusti enim animi, & parum ingenui, ob partium studia suum ulli jus intervertere.* Prostant ergo:

*Fr. Agricola*, Belgæ, Lonensis, Parallela SS. Bibliorum. Colon. 8. 1614. *Le Long*, B. S. De auctore lege post *Sweertium* in Athenis Belgic. pag. 237. ubi tamen librum hic laudatum frustra quæsi; *Hendreichii* Pandectas Brandenb. p. 63. & *Lexicon Historicum universale German.* p. 52. Non crediderim tamen, Parallela ista huc pertinere, quippe quæ *Hendreich.* p. 65. ita describit: h. e. Demonstr. quod plurima, quæ uni solique Deo competunt, etiam hominibus & aliis Creaturis per accommodationem recte tribui possint. Colon. 1615.

*Cass. Salcedo d' Aguirre*, Prof. Beatiensis Allusionis N. T. ad vetus. T. I. Gienii 1608. fol. Vide de eo *Nic. Antonii* Biblioth. Hispan. novam s. I.

*Petri d' Albano* Conciliator. Paris. 1496. *Lipen.* B. T. tit. Conciliatio sacræ Scripturæ. De solo libro dubito.



*Dominici de Baltanas*, Hispani, Dominicani, Concordantiæ plurimorum locorum difficultium Historiæ sacrae, Hispanice. 8. Hispali 1556.

*Martini Becani*, Belgæ Brabanti, Jesuitæ, Analogia Veteris & Novi Testamenti. 8. Paris. 1620. 1653. Mogunt. 1620. 1655. Lond. 1621. De eo lege *Alegambii* Bibliothec. Jesuit. p. 583. sq. *Sweerzium* in Athenis Belgic. p. 526. *Dupinium* in Biblioth. nova Scriptorum Ecclesiast. p. 62. & *Tb. Grenium* in singularibus Scriptorum p. 45. sq.

*Herm. Bodii* Conciliatio locorum Scripturæ ex Patribus collecta. 8. Basil. 1557. quæ & Colon. 1553. sub titulo sequenti prodiit: Unio locorum Scripturæ sacrae dissidentium, teste *Lipenio* B. T. tit. Scriptura S. Librum hunc sub rubro Unionis dissidentium allegat vage *Königius* in Biblioth. V. & N. p. 118.

*Marci de la Camera*, Hispani, Minoritæ, Quæstionarium conciliationis simul & expositionis difficultium locorum sacrae Scripturæ, in quo sexcenta Scripturæ loca exponuntur. Compluti 4. 1587. Venet. 1603. Madriti 1587.

*Gerhardi Carrara*, Itali, Episcopi Savonensis, Concordia novi cum Vet. Testamento. Citatur à *Le Longio* & deperditis annumeratur. Hic idem est cum Gerardo Bergomensis. Nam & hic Carrara dicitur Episcopus Savonensis à *Possevino* in apparatu sacro p. 633. sicut & alter ille. Libri titulus utrinque idem est.

*Fr. Carriere*, Galli, Minoritæ, Theol. D. Commentaria in universam sacram Scripturam, sensum



sum literæ referens capitatim, cum brevi & solida latentium & insurgentium Quæstionum resolutione. Adjiciuntur ad calcem cujuscunque libri principalium totius codicis Antilogiæ quinquaginta, in folio, Lugduni 1663.

*Seraphini Cumirani*, qui à *Kænigio* vocatur *Cumarinus*, Feltrensis, Minoritæ, Conciliatio Locorum CC. totius sacrae Scripturæ, quæ inter se pugnare videntur. P. I. Paris. 8. 1556. 1557. P. II. ibid. 1558. P. III. Venet. 1558. 1561. Antv. 1567.-1561. Eadem revisa à *Leandro de S. Martino* 8. Duaci 1623.

*Emman. Ferdinandi* de Santa Crux Antologia universa Sacrae Scripturæ. Lugd. 1681. fol.

*Jo Ferdinandi*, Hispani, Jesuitæ, divinarum Scripturarum juxta SS. Patrum sententias locupletissimus thesaurus, in quo Parabolæ, Metaphoræ, Phrasæ, & difficiliora quæque loca totius sacrae paginae declarantur, cum Concordia utriusque Testamenti, Tomus I. à littera A. ad D. inclusive, in fol. Metymnæ à Campo 1594. Vide de eo præter *le Longium* B. S. *Freheri* Theatrum pag. 293. & *Nic. Antonii* Bibliothec. Hisp. nov. suo loco; ut Biblioth. Jesuiticam *Alegambii* taceam, in qua p. 446. post recensitum libri titulum hæc habes: „Tom. I. exiit in lucem Metymnæ à Campo per Jac. à Carto, 1604. in fol. continens à lit. A. usque ad D. inclusive. Secundus omnino absolutus prelum exspectat. Tertio inchoato & ad fastigium pene perducto finem Ferdinando imponere, morte intercepto non licuit.“



*Jac. le Fevre* Antilogiæ seu contradictiones apparentes S. Scripturæ, olim à *Dominico Magrio*, Melitenfi, collectæ, nunc auctiores. in 12mo. Paris. 1685. & jam ante 1683. Conf. *neue Zeitungen von gelehrten Sachen* Ao. 1717. p. 138. fin. ubi *Critica Fabriciana* dignis extollitur laudibus.

*Claudii Frassenii*, Peronensis, Doctoris Theologi Parisiensis & Prof. emeriti, atque Conventus & Collegii generalis FF. Minorum Parisiensium Guardiani, *Disquisitiones Biblicæ*, quatuor libris comprehensæ. Lut. Paris. 4. 1682. In libro quarto præcipui textus Biblici, specietenus pugnantes, conciliantur, nullamque in libris sacris dissonantiam esse probatur. Vid. *Act. Erud. Lips.* A. 1682. p. 354. sq. item *Le Long* B. S. qui editionem auctiorem & correctiorem ibidem eadem forma Ao. 1711. impressam, habet. Frassenii nostri, anno 1711. 26. Febr. æt. 91. demortui, vita & scripta recensentur in *Memoriis Trevultinis* an. 1712. Januar. p. 164. & inde in *Ephemerid. Paris.* an. 1712. Aug. p. 147. sq. ed. Amstelod. Confer de eodem *Imbonati* Biblioth. Latino-Hebraicam p. 27. sq.

*Franc. Galaup. de Chasteuil*, *Concordantiæ locorum difficiliorum S. Scripturæ*, quæ contraria inter se videntur, quæ judice *Le Longio* de sunt. De Auctore vid. *Lexicon Histor. Universale German.* Tom. II. p. 358.

*Petr. Dan. Huetii* *Demonstratio Evangelica*, quæ Veteris Testamenti cum novo fœdere Coherrentiam & concordiam demonstrat. In fol. Paris. 1679. 1681. 2. Vol. in 8vo. Amstel. 1680.   
tertia



tertia editio ab auctore recognita, castigata & amplificada in fol. 1690. in 4to. Lips. 1694. De Huetio lege Commentarium de rebus ad ipsum pertinentibus Amstelod. 1718. ed. ubi p. 276. sqq. speciatim de Demonstrat. Evang. exponitur, de qua variorum judicia leguntur in unpartheyischen Bibliothecario P. X. p. 840.

*Mart. Humblot*, Galli, Doct. Paris. sacrorum Bibliorum notio generalis, s. Compend. Bibl. (in quo de S. Scriptura in se, de ejusdem autoritate, de auctoribus sacris, de variis editionibus, de Antilogiis) in 12. Paris. 1700.

*Josephi de San Miguel*, Hispani, Dominicani, Contrarietates & Concordantiæ LL. vet. & novi Testamenti. *Le Long*. B. S. sed desunt.

*Steph. Langtoni*, Angli, Cardinalis, Concordia utriusque Testamenti. Lib. VIII. delitescit. id. ibid.

*Leandri à sancto Martino*, alias *Joann. Jones*, Londinensis, Benedictini, Conciliatio locorum specie tenus pugnantium totius sacrae Scripturae. 8. Duaci 1623. conf. supra Seraph. Cumiranum.

*Angeli de Lemposa*, Minoritæ, opus de Concordia veteris & novi Testamenti. Florentiæ Bibl. S. Laurentii plut. 20. sed iudice *le Long*. delitescit.

*Didaci Lopez* Harmonia Scripturae divinae. Paris. fol. Fides sit penes *Lipenium* B. T. tit. Harm. bibl.

*Domin. Magrii*, Melitensis, Congreg. Orat. *Αντιλογίας* seu Contradictiones apparentes & conciliationes S. Scripturae. Frf. 24. 1645. Venet.



net. 12. 1645. 1653. Paris. 12. 1665. 1675. 1685.  
 Lovan. 18. 1671. Romæ 24. 1677. Lugd. 1678.  
 Dominicus noster *Kænigio* Bibl. V. & N. *Magrus*  
 vocatur, aliis *Macer*, *Marco Argolo* autem in vita  
 ipsius *Macrius*. Contradictiones has etiam Hie-  
 rolexico Autoris & fratris subjunctas habes, quod  
 A. 1677. Romæ in fol. prodiit. His adde, quæ  
 sub *Jac le Fevre* apparent.

*Ant. Marinarii*, Itali, Carmelitæ, Consonan-  
 tiæ Jesu Christi & Prophetarum. Antv. 1541. Pa-  
 ris. 1543. 1586. Conf. *Puteani* auspicia Biblioth.  
 Lovan. p. 37. De Autore ipso lege *Allatii* Apes  
 urbanas p. 51. sq.

*Henr. Mayeri*, Dillingani, Jesuitæ, Manuale Bi-  
 blicum, in quo S. Scripturæ certa quædam testi-  
 monia, quæ sibi met contradicere videntur, con-  
 cordare docentur. Frieb. 12. 1654. vid. *Alegam-  
 bi*. Bibl. Jesuit. p. 329. & *Wittii* Diarium Biogr. ad  
 an. 1675. 12. Maji.

*Sebast. Cesar de Meneses* veritas Harmonica u-  
 triusque Testamenti. Romæ 4. 1663. vid. *Nic.  
 Antonii* Biblioth. Hisp. Nov. suo loco.

*Silvestri Meucci*, sive *Meucci* de Castilione, Ita-  
 li, Augustiniani, Concordiæ novi & veteris Testa-  
 menti. Deperditis annumerantur à *le Longio* B.S.

*Nicolai, Lyrani*, sic dicti à Lyra, oppido Nor-  
 manniæ, liber Differentiarum veteris & novi Te-  
 stamenti, cum explicatione nominum Hebræo-  
 rum in fol. Antiqua editio. in 8vo. Rothomagi. id.

*Pomerii* *Αντικειμενα* &c. ad *Julianum* Cap. III.  
 recensitum.

*Camilli*



*Camilli Pulſiſti* Conſonantiæ veteris cum novo Testamento. Venet. 4. 1628. Ex fide *Lipenii* B. T. tit. Harmon. Bibl.

*Petri de Rems*, Parisiensis, Episcopi Tornacensis, tractatus de contrarietate S. Scripturæ in 4. absque nomine. MSt. *Le Longius* ex Biblioth. Navarr. Paris.

*Henr. Sachſii* Libb. III. Contrapositionum, seu de contrariis in speciem utriusque Testamenti. Colon. 1540. Venet. 1582. Citatur quidem hic autor à *Lipenio* B. T. tit. Harm. Bibl. sed foetus hic habet parentem Anonymum, & quidem primum. Capitis I. hujus sectionis, ubi & plures enumerantur editiones.

*Gasparis Salcedo* &c. hic idem est cum *Cass. de Aquirre*, de quo in limine.

*Gerardi Serina de Varonibus* &c. auctor cum *Gerardo Bergomensi* & *Gerardo de Carrara* unus est idemque, de quo supra.

*Jac. Tirini*, Antverpiensis, Commentarius in universam veteris & novi Testamenti Scripturam, in quo studio Harmonico multam operam impendit teste *Nic. Arnoldo* in præf. ad Lucem in tenebris. Voll. II. Lugd. f. 1664. Vol. III. Antv. f. 1652. Lege de eo *Ludov. Ellies du Pin* Tom. XVII. Bibliothec. Novæ script. Ecclesiast. p. 132.

*Alfonsi Toſtati*, Episcopi Abulensis, commentarii, ad tollendas *εναρτιοφανεϊας* imprimis pertinentes, junctim prodierunt Hispali 1491. Venet. 1527. ſqq. item 1596. Colon. Agripp. 1613. te-



*ste le Long* in *Biblioth. Sacr.* p. 992. *Lege de eo Nic. Antonium* in *Biblioth. vetere Hispan.* T. II. p. 168. sq. *Rich. Simonem* in *Biblioth. Critic.* T. IV. ep. 40. & *Thom. Pope Blount* in *Censura celebr. Auctorum* p. 322. sqq.

*Franc. Georg. Veneti* *Problemata in Scripturam S. Paris.* 1574. 4.

## CAPUT V.

### *De Reformatis.*

**J***ac. Altingii*, Heidelbergensis, Theologi Groningensis, Commentarius Theoretico practicus in loca quædam selecta Veteris Testamenti & Parallelismos quosdam Vaticiniorum ex Vet. Testamento in novo citatorum. Vid. Ejusd. *Opp.* Tom. II. Conf. de eo *Petr. Belii* *Dictionar.* Tom. I. p. 183. sq. *Freberi* *Theatrum* p. 720. & *Benthemii* *Holländischen Kirchen- und Schul-Staat* p. 257.

*Nic. Arnoldi*, Theologi Franecq. *Lux in tenebris*, seu brevis & succincta *Vindicatio simul & Conciliatio locorum Veteris & Novi Testamenti.* 4. Franecq. 1662. 1665. 1680. Frf. & Lips. 1698. Audiamus ipsum auctorem, quid in posteriori editione præstiterit; ita enim in præfatione „*Magna parte auctius prodit hoc opus. Quia & locis controversis auctum, quæ sola continebat prior editio, & accesserunt in speciem contradicentia, eaque omnia, quæ Tirinus Jesuita in suo opere Biblico prolixè corrasit, (præteritis tantum quibusdam, quæ ipsi nata sunt à textu*  
vul-